



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XLVII. Ioan. Philippo Stibaro à Putenheim Eq. Fr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

XLV.

Ad VVolfgangum Henricum à Brandestein EQ. Magistrum aulae Palatinae Neoburgiae.

*Aut est dives iniquus, iniqui aut proximus heres.  
Plebs ait, & res hoc comprobat ipsa satis.  
Polline sed quocunque lucri pinguescat iniquus.  
Spongia fit, legis fortè premenda manu.*

XLVI.

Ad Hauboldum Floetacherum Cof. Ratisp.

*Si quis malè gubernat hinc Rempublicam  
H A V B O L D E, displicet D E O.  
Sin benè, Deo placet, hominibus displicet.  
O temperamentum malum.  
Atqui Deo praestat placere, quàm Dei  
Sic hostibus mortalibus.  
Sic tu tuam gubernas benè Rempublicam,  
Placere quò possis Deo.  
Si quis Deo placet, satis tutus manet  
Ab hostibus, quis displicet.*

XLVII.

Ioan. Philippo Stibaroà  
Putenheim EQ. FR.



*Si queris famam, famam virtute PHILIPPE  
Sic eme, quò te humeris tollat ad astra suis.*

XLIIIX.

Ad D. Philippum Ludouicum Com. Palat. Rheni,  
Ducem Bauarix.

*Qui regit imperio populos, memor esto PHILIPPE,  
(LIPPE,*

*Quod regit imperio sic homines, ut homo.*

*Quod regit ex legum præscripto: denique semper*

*Quod non imperio, quos regit, ille regit.*

*Sic regit imperio melius: pater ipse futurus*

*Subiectis, soboli quod pater esse solet.*

*Felicem populū, te Principe Patre, PHILIPPE,  
(PE:*

*Det Deus imperio tempora longa tuo.*

XLIX

Ad D. Ludouicum Principem VVirtebergicum, & Teccium.

*Pocula que donas mihi, dux LVDOVICE,  
(fauoris*

*Gratus ut agnosco pignora magna tui:*

*Sic inter pateras procerum fulgere, ducumque*

*Crateras faciam semper habere locum.*

*Quin etiam Musis hæc, Musarumque ministris*

*Propinabo libens, sed memor ipse tui:*

B 4 Proque.